



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

12 Altare, nisi ab Episcopo, aut Episcopi mandato execrari, vel destrui non debet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*lat. prelat. & c. in causis, de re iudic.* Episcopi tamen aliqui, privilegio Papæ suffulti aquam per ipsos exorcizatam personis in dignitate Eccles. constitutis transmittere, & facultatem reconciliandi illis delegare possunt, quod privilegium ex causa concedi solet.

II Altaria sine reliquiis † consecrari non possunt, *cap. placuit, de consecr. d. 1.* & consecratio altaris præcipue consistit in conjunctione mensæ, scilicet, lapidis superioris, & structuræ inferioris, Innoc. *in rub. de consecr. n. 2.* Nam pluribus ex causis reconsecrantur, si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo superpositus, qui sigillum continet, contractus, aut etiam diminutus, *c. 1. & c. 2. de consecr. eccl. vel altar. sunt etiam reconsecrandæ, si augeantur, vel minuantur, aut mutantur, ita quod amittant priorem formam, quia forma dat esse rei,* Abb. *in cap. ligneis, nu. 2. eo. tit. & pari modo altare viaticum, si amittat formam, vel frangatur, illius sigillum est reconsecrandum, ut per Abb. ubi supra.*

12 Sicut enim † altare consecrari non debet, nisi ab Episcopo, sic non debet quis illud execrari, vel destruere, nisi Episcopus, vel alius de ejus mandato Turrecrem. *in*

13 *cap. placuit, de consecr. dist. 1.* † Vasa sacra, planetæ, pallæ, vestes sacerdotum, & ministrorum, & similia non sunt ad usus profanos convertenda, quia Deo dicata ad usus profanos reverti non debent, *cap. nulli, 12, q. 2, & cap. semel, de reg. jur. in 6.* sed paramenta, si qua vetustate sint consumpta, comburi debent, & cineres in ecclesia sub pavimento, vel alio loco tuto, & honesto, ne pedibus intrantium conculcentur, sunt reponendæ, *cap. altaris de consecr.*

4. d. 1. † Calicem verò, nisi de auro, argento,

vel stanno consecrari non licet, non autem ex ære, aut aurichalco, quia ob vini virtutem æruginem facit, pariterque vomitum provocat, minusque ligneum, aut vitreum, cum quo missa prohibetur celebrari, *cap. ut calix, ead. dist. & quicquid in contrarium supra disponatur de calice ex stanno, qui non est prohibitus, hodie minime admittitur eadem ratione, quia de facili æruginatur, & nauseam parit celebranti, eodem c. ut calix.* & ubi est eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquil.*

15 Virgines quoque † non, nisi per Episcopum, possunt consecrari, *cap. quamvis corepiscopi, 68, dist. & cap. si jubet, 26, quest. 6.* & debent consecrari in veste professionis, quam semper ferre tenentur, *cap. sanctimonialis, 23, dist.* sunt enim consecrandæ solemnibus diebus tantum, ut in Epiphania, per hebdomadam Paschæ, & in festis Apostolorum, nisi in contrarium imminet necessitas, *cap. devotionis, 20, q. 1.*

16 Quæri potest, † an procaratio pro visitatione debita, ut suo loco dicetur, recipi etiam possit pro consecratione, & est distinguendum, quòd, aut loquimur de consecratione calicum, ordinandorum, & virginum, quæ fit in propria civitate, & pro ordinandorum consecratione, & tunc res caret difficultate, quòd nihil accipi possit in quocunque loco ordinationes habeantur, sed gratis operam suam visitantes præstare omnino tenentur, Conc. Trid. *c. 1. de refor. sess. 21.* & eadem ratio militat in virginibus consecrandis, vel velandis, ac calicibus consecrandis, campanisque benedicendis, & ita se habet communis usus, & consuetudo, quæ est servanda, Conc. Trid. *cap. 3. §. in iis verò, de reformat. sess. 24.* aut est